

familiari que requiesceret; Adhunc igitur uel intelligendum uel cognoscendum. studio fragrantissimo accendebatur; Namque plures eorum numerosas inceptorum deorum familias introducebant. & uirile ac muliebres sexus. Indiuinis naturis agere existimantes. ostus ac successiones ex diis deorum adseriebant; alii maiores ac minores. & differentes pro potestate deos praedicabant; Nonnulli nullum omnino deum esse adfirmantes. eam tantum quae fortuitis motibus atque concursibus mali quid existeret. naturam uenerabantur; plerique uero deum quidem esse opinione publica loquebantur. Sed hunc eundem incuriosum rerum humanarum ac negligentem promulgabant; Aliqui autem ipsas illas creaturarum corporas conspicabilesque formas. in elementis terrestribus & caelestibus adorabant; Postremo quidam in simulacris hominum. pecudum. ferarum. uolucrum. serpentum deos suos collocabant. & uniuersa atque deum atque infinitatis parentem. in tra angustias metallorum. & lapidum. & stipitum. coartabant; Dignumque iam non erat. auctores eos ueritatis existimare. qui ridicula & foeda & inreligiosa sectantes. illis ipsis inanis simarum sententiarum suarum opinionibus dissidebant; Sed inter haec animus sollicitus. utiq; ac necessaria ad cognitionem dei sui uiuacens. cum neque incuriam deorum a se conditarum dignam esse arbitratetur. neque naturae potentiae atque incorruptae competere sexus deorum & successiones satorum atque ostorum intellexeret. Porro autem diuinum & aeternum. nihil nisi unum esse & indifferens procerito habebat. quia id quod sibi ad id quod esset auctor esset. nihil necesse est extra se quod sui esset prestantius reliquisset. atque ita omnipotentiam aeternitatem que non nisi patens unum esse. quia neque in omni potentia ualidius

foete.
mito
logici.
ut orph
us 7 etio

Platonici

Epicurei

Achademici

Phisici.
7 uulga
ris theo
logia.